Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



eius. Cum ergo tanta potentia sit creatoris atque ma
iestas. cui dm similitudine conparatis. & n potius
creaturarum magnitudine intellegitis conditorem.
Si n creditis uerbis. saltem oculis uris credite. & ex ce
lo. elementorumque omnium seruitute potestatem dni
cogitate. qui educit in numero militiam eorum. idest
celorum. & omnes ex nomine uocat sub auditu stellas.
de quibus & in psalmis canitur. qui numerat mul
titudinem stellarum. & omnes eas nomine uocat. Siue
militiam celi angelos interpretamur. & omnis celorum
exercitus. de quibus daniel loquitur. Milia milium
ministrabant ei. & decies centena milia assistebant
illi. Vnde & dns sabaoth appellatur. qui in nra lin
gua dr. dns militie atque exercituum siue uirtuum.
Educit autem iuxta numerum celorum militiam. ut sol &
luna & astra cetera que abraha numerare n potu
it. illi numerata sint & seruiant officio delegato.
dum eundem celi cursum sol uno anno lucifer ues per que
biennio. luna singulis explet mensibus. omnesque stelle
certis temporibus peragrant. & quedam ex his uocantur er
rantes atque inequales. quarum motus. oculis n mente
conspicimus. nec tam intellegimus quam miramur.

Magnitudo enim
fortitudinis
dni suo facit ordini cuncta seruire. siue iuxta lxx
a multitudine
glie & potentie uirtutis eius nihil eum
latere potest. sed omnium uias rationesque cursus creatoris ma
iestas cognoscit.